




In j. Vesp. ad  
Magnif. Anti-  
phona ij. toni.




O THOMA Dī-dyme, qui Christum



meru-isti tangerē! te precibus rogāmus altisonis,



succurre no-bis mise- ris, ne damnemur cum impi-is



in adventu Jūdicis. Cant. Magni- ficat. e u ó u a e.

Oratio.

**D**A nobis, quæsumus Dōmine, beāti Apóstoli tui Thomæ  
solemnitatibus gloriāri : ut ejus semper et patrociniis  
sublevemur ⁊ et fidem cōgrua devotiōne sectemur : Per.

DIE XXII. DECEMBRIS.

B. MARIE MANCINI VID. ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui beātam Mariam, tuæ grātiæ ubertate præven-  
tam, contemplatiōnis dono, et eximia in prōximum  
caritate mirābilem effecisti : ex ejus nobis imitatiōne concē-  
de ut cælestia meditāntes, et aliis misericordiam exhiben-  
tes ⁊ æternam glóriam cum ipsa cōsequi mereāmur : Per.

